



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Habacvc Propheta

Habakuk

Argentorati, 1526

VD16 B 3952

Captiuos ceu arenam colliget.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35974

ANNOTATIONES.

minantium, aufert, Sic Babylonij omnia deaſtatunē
aduenient, in omnibus terris. Et ut uentum illum urere
tem nemo prohibere poteſt, ſic nemo Babylonijs etiam
reſiſtere poterit. Horrendum propheta, exercitum il
lum longa ſua pictura exhibet, ſi quomodo pertinaces
Iudeos, uel mollire, uel terrere queat.

Captiuos ceu arenam colliget.

Hoc eſt, Quos in terris paſſim coepit homines, tan
inopes quam opulentos, citra ullum diſcrimen, immiſe
ricorditer, permixtos ac indifferenter collectos abdu
xit, perinde atque ſcenum, aut ſtipula colligari in cu
mulum aut faſcem ſolet. Hebraeis in more eſt, ut quom
rei alicuius immenſam copiam ſignificare uelint, are
nae comparent. Sic Gene. 22. Abrahami ſemē, ut ſtellas
cœli, arenamq; maris, multiplicandum Deus promit
tit. Itidem Iudic. 5. Tot erant Midianite in terra, ut are
nae maris eſſent ſimiles. &c. Hac ratione hic dicit, Col
liget captiuos, ueluti arenam, id eſt immenſam copiam.

Subſannabit reges, & principes deri
debit, omnes munitiões illi ludus erūt,
congeſto enim aggere capiet eaſdem.

Omnem conſolationem & fiduciam adimit, ne quo
humano auxilio niti queant Iudei, nam etſi reges, prin
cipes, munitæ urbes, ut Ieruſalem atq; Tyrus illi reſi
ſtant, maior tamen & fortior eſt Babyloniorum rex,
quam